

Capta. Quod pro bono et utilitate nostri communis in Sithia constituantur et fiant duo camerarij de illis deinde qui elegantur continue per rectorem ueterem et nouum, et habeant pro sua prouisione et labore yperpera XII in anno pro quolibet, qui simul cum rectore nostro teneantur et debeant exigere omnes introytus nostri communis, et scribere ordinate in duobus quaternis, quorum quilibet ipsorum habeat unum et rector unum alium in concordia omnes introytus predictos ut raciones semper clare uideri possint. Et fiat una capsella in qua ponatur tota pecunia introytuum predictorum, que habeant claves tres, quarum unam habeat rector, et unam quilibet ipsorum camerariorum et dicta capsella remanere debeat apud rectorem predictum. Et ut raciones communis semper apparet ardenter, unus ipsorum quaternorum mitti debeat huc officialibus nostris racionum sicut per alios nostros rectores seruatur et in rebus alijs pro officio dictorum camerariorum seruetur, prout seruatur in alijs rectoribus nostris insule. 5

Non sinceri 2—de non 2—alij de parte. 10

4

Σύστασις πενταμελοῦς ἐπιτροπῆς ἐκ γερουσιαστῶν πρὸς μελέτην τῶν ἐπιστολῶν τοῦ δουκὸς καὶ τῶν συμβούλων Κρήτης, τῶν ἀνακρίσεων καὶ τῶν ἀποσταλέντων ἐγγράφων, πρὸς γνωμοδότησιν περὶ τοῦ πραγτέου ἐπὶ τῶν διαπραχθέντων ἐν Κρήτῃ. Πρὸς τοῦτο παρέχεται ὀκταήμερος προθεσμία εἰς τὴν ἐπιτροπήν. 1355, Αὐγούστου 18.

Fo 25^r Millesimo trecentesimo LV, die decimo octauo mensis Augusti. 1

Capta. Quia ea que commissa sunt per aliquos de Candida in tantam iacturam et periculum honoris et status nostri non sunt sub dissimulatione ullatenus tenenda, set pro statu et honore nostro uiuaciter punienda pro exemplo bonorum et terrore malorum; uadit pars quod elegantur quinque sapientes per electionem in isto consilio qui possint accipi de omni loco et offitio non accipiendo nisi unum pro offitio et non possendo accipere aliquem de domo illorum trium nominatorum, qui debeant uidere et examinare litteras duche et consiliarijs Crete, et inquisitiones et scripturas per ipsos nobis missas et dent nobis suum consilium in scriptis, de hijs que uidebuntur eis prouidenda et facienda pro statu nostro cum quo erimus hic et fieri sicut uidebitur; et quilibet possit ponere partem et habeant terminum expediendi se usque ad VIII dies proximos, et ante si ante erunt expediti, et uocetur consilium ad eorum peticionem sub pena soldorum xx. 5

72—non o—non sinceri 1. 10

5

*Ἀποστέλλονται εἰς Κρήτην τρεῖς προνοηταί, οἱ ὅποιοι μετὰ τῶν φεντόρων νὰ συλλέξωσι τὰς ἀναγκαιούσας πληροφορίας, ὅπως ἐνεργήσωσι τὴν διαφώτισιν τῆς ὑποθέσεως τῶν κατὰ τοῦ δουκὸς διαπραχθέντων ἔκτροπων καὶ τὴν τιμωρίαν τῶν δραστῶν.

